

Quando olim frequentiora conviviat Alap.

Frequenter igitur extra communem escam mensis aliquid apponabatur ob insignem victoriam, ob aliquod nactum munus, felix nantium, natiuitateve in familia successoris, & etiam in die ablationis infantis. Gen. 21. 8. Esth. 3. 15. 8. 17. 9. 9. Iudith. 16. 31. & pas in alijs in locis. Apud Profanos consule Stuecium, Robinum, Dempf. & Iult. Lippium. Unde Alapide hic: Erat enim hac dies benedictionis filij fausta, lata, & solennis, ac proinde lecto & iucundo epulo celebranda. Eadem Lippomanus in Caten.

Ultima Expositio. Ut pro Postquam. Cicero. Tacit.

25 Ut comedam. Occurrit, ni fallor, genuina intelligentia Tautologiae. Ut non semper coniunctio causativa est: signat aliquando tempus, quare idem significat, ac Postquam. Cicero pro Milon. inquit: Ut contempsit, ut pro nihilo putavit. Hoc est, postquam contempsit &c. Tacitus lib. 16. Annal. cap. 29. Marcellus ut (postquam) erat torvus & minax, voce, cultu, oculis &c. idem lib. 3. cap. 1. sed totum amplexus est, Hist. lib. 13. cap. ult. dicens: Postquam nihil hostile metuebatur, ad duces partium progressum, & Caesarem consalutatam, miles frequens utque (postquam) erat in armis, in paternos penates deduxit. Ovidius lib. 3. Trist. Eleg. 5.

Ovid.

Ut cecidi, cunctique meam fugere ruinas, Versaque amicitia torga dedere mea.

Virg.

Virgilius Bucolicor. Eclog. 8. v. 41. & lib. 2. Aeneid. v. 561. Ut vidi, ut perij, ut me malus absulit error. Ut regem aquarum crudeli vulnere vidi, Vitam exhalantem.

Plaut. 4. Reg. Iob. Parentes filio benedicebant moribundi.

Plautus in Amphitruon. Act. 1. Scen. 1. v. 70. Ut iacui exurgo. Nimirum, postquam. Ita crebro apud Poetas. Etiam in Scriptura Ut adverbium est temporis. 4. Reg. 10. 2. Statim ut acceperitis litteras has, &c. Ut, idest postquam Iob 5. 27. Ecce hoc, ut investi gavinus, ita est. Similiter in praesenti testimonio Ut explicandum, quatenus sensus sit: Fac cibos, ut (postquam) comedam benedicat tibi anima mea: ut accidit praecipiente fratre benedictionem. Utus benedictionis filiorum, vel subditorum ante mortem patris vel Principis patet ex Isaac, Iacob, Moyses, Iosue, David, & alijs.

Varietas lectionis.

26 Ferè idem significat Interpretes in Lectionum varietate. Fac cibos, ut comedam. Alapid. Præpara. Rabb. Ionathas: Fac cibos conditos, ut comedam. Petr. Fac mihi cibos, ut comedam. Arias Montan. Fac mihi cibos delectabiles. Septuag. Fac mihi escas. Chald. Fac mihi edulia. Varabl. Ferula. Oleast. Fac mihi quid sapidum. Alapid. Gustamenta ut comedam. Alij, Ut vivam.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilogus in SWL

- 1. Fac cibos ut comedam. Aptè. Tendit in subsidium necessitatis, & refugit fomitem ostentationis: igitur luxus de cibis satagit non in escam, sed in pompam.
- 2. Fac. Præpara: altius designat sacramentum apparatus in huiusmodi convivium: igitur panis parum prodest Eucharistia, sine cordis suscepturi præparatione.
- 3. Fac cibos ut comedam: quippe panis Eucharistia est cibus in medicinam.
- 4. Cibos ut comedam. Per comestione effe-

- ctus, in cibo cognoscitur an fuerit cibus.
- 5. Cibos ut comedam: etenim cibus Eucharistia est in tutelam.
- 6. Cibos ut comedam. Esca designatur corporis: panis verò Eucharisticus est cibus mentis.
- 7. Cibos ut comedam: utique in Eucharistia verè cibus, sed cibi sunt species, & aliud corpus.
- 8. Cibos ut comedam. Bene, si ab amico: quippe & inimico gratia, non cibus porrigitur, sed venena.

DIDASCALIA PRIMA.

Ingens mali pompa est.

Ecce: Ex vanitate pompa ignominiosa

It Stoicus Nost. Epist. 14. Alii qui ex Criticis: Ingens malum pompa est. Si pompa ostentatio est, nullum interest discrimen: quandoquidem

ignominiosa pompa, quæ mali tantum præ se fert ostentationem. Dicitur saepe nova pompa morti. Canit idem in Oedip. Act. 1. v. 126. igitur Id; factu,

Luxu mori divitiarum Genes. 27. 7.

Perula habet fastus ad pompam & nimia escam.

Infastusio fastus.

Maxima femina rum.

Quid ex mutus salutatione illarunt

Ratiocinis pro autioni. late.

fastu, & ostentationis intuitu, novâ pompâ & nova infania moriuntur aditum immortalia patrimonium. Fac cibos ut comedam: dixit Isaac primogenito Esau. Ad quid, dices, ly Comedam, si signat escam? Udemonstret, tab hominibus tenendam moderationem, & quam relegate oportet, superfluitatem: etenim plures, cibos non sumunt famelici in escam, sed ad pompam: non ut comedant, sed ut alij videant: nequaquam in stomachum, sed in fastus apparatus, clamante, ventriculo, quod oculus circumstantium comedat, à quo stomachus icuiatur. Ingens mali pompa est, & ingens malum: siquidem sollicitatur quod alatu, pompâ, qui debet esse.

2 In huiusmodi argumento supervacua sanè religio, igitur sufficit conditionis ratio. Sufficit hominis vel levis intelligentia, ne in malum foreat infania: etenim si amentia movet in compassionem intellectum, isthæc quia voluntaria concitat solutissime ritum. Ex his quæ sæpe vidi in Curia, obumbranda est compassionis, & phrenitidis forma. Invenitur utquequaque Familia, quin præ infopia noscat panem, quæ quidem pridem vel ferula habuit in ostentationem, & modò nec sunt carbones, ubi abundabant thesauri; quapropter necesse est, quod in tret frugalitas, ubi fastus & luxus liguriverunt divitias, & vivat parè, qui quis florebat angustè. Necessaria est moderatio, & non indulgere genio; quippe ubi superflua pascunt luxum, tandem tandem deficit necessarium. Heu! Malæ consuetudini non est consilium. Erunt pro vanitatis blandimine sumptus, licet evanuerint census; quippe est ab arca relegaverit divitias, minime à cerebro exulavit fora vanitas: & modò sic ostentationis pompa, quid quod pereat miserabilis vita?

3 Quæ non impenduntur in salutatione amicarum? Decor vestis, nova inventio de foeminarum quisquillis, cultus capitis, ornamentum conclavis, cupiditæ ex omni genere ligurituribus, meditatit pro palati diversitate dulcoribus, officia plena, adulatione imbuta, atque ornata fallacia, expensis sumptibus in anteceno, quibus degere sine egestate toto poterat anno. Quid si servus superfluitatem vel gestu prudenter reprimit? Domum totam vocibus implet. Unde hoc? si responder: Excusat unad exiverit, dicit. Nihil patet ad manum. Celatum oppigneretur argentum. lam pridem factum est. Queratur, quin queratur unde sit. Es alienum? Ratiocinatio illustris! qui magis gravatur, magis Tom. II. Taut.

levis. Es alienum non quem gravat, gravat, sed qui commodat. Bis milies & quingentes HS. erat summa aris alieni qua gravatus Caesar, & oportebat sibi esse, ut nihil haberet: ait Aldus Manutius in Theaur. Critic. Tom. 4. cap. 8. de Quæstis per epistolam. Quid hoc? Parum habet in saculo dignitatis, qui non habet creditores. Es alienum non est gravatus, sed maiesis. Tria ferula non latet? Quid impudico? Sum Augustus dominus orbis, ut mensa trinis tantum ornatur ferculis? Refert Suetonio cap. 74. Familia periens? Quid inde? Degat baud aliter quam bucsque degit. Hoc licet videatur luxus, est auctoritas generis, quam conservare oportet, & decor conditionis, in qua ræ Domini generosè collocavit. Absit, quod extracius voluntatem dicinam, quid vel cogitem vel faciam. O cæca progenies! Haud crederem, lector, ni sæpe audissem. Incurabilis est huiusmodi amentia, & quia volitat, & quia non cognoscitur stultissima infania. Deus Optim. Max. subtrahit copiam, ut oculos aperiant; sed amplioem cogitare excitatem, videntes in respicientiam lumen. Nullo modo concludere possunt animum radij rationis, cui intellectum non præstant tormenta necessitatis. Species rustica fastui contruit molimina luxus: in quibus ratio ita cæca, ut nihil cogitet, nisi quo gaudet phantasia.

4 Prætermiserunt meditante quatuor Evangelista, quod pertulit Christus tormentum, dum fixus cruci. Ars fuit ministrorum malitiosa, ut crederet in patiente gravior pœna. Terebrarunt lignum crucis, mensi prius habituine corporis; ar non iuxta brachiorum habituine, sed iuxta imaginationis dimensionem: quare ut sinistræ manus; fixa dextera, pervenire possit interebra signum, necesse fuit nervis diruptis ab humero avelli brachium. Crucifixæ erunt eum, meritoque subdicetur crucifixionis modus; quippe clarè patebat ministrorum excessus. In manu significatur potestas: in terebello vanitas. Hinc Hispanicè, ventosum caput, aut arrogans cerebrum vanum dicitur Phantasia, vel Barreno, Hiccine excessus ministrorum, quod non ad mensuram; sed usque ad terebram vanitatis extendissent manum. Mensurari, par erat, vanitatem auctoritatis, iuxta extensionem commensurationis (idest sumptus splendoris domus, iuxta census; non sumptuosus: igitur præst superpetunt copie, sunt expendende) nequaquam iuxta mensuram phantasia, quippe esset mensura re- 3yy 2 124

Es alle: num iudicatur a nobilibus maiesis; non gravitas.

Incurabili huiusmodi infania

Nil cogit: præter insipientiam.

Hominis obvanitatem torquentur

Luc. 21. 33.

Es de illa satagunt, esse torquentur

rebrix, seu capitis vacui: unde ultra progredi, non splendorem, sed cruciamen designat; etenim sine dolore nequit extendi manus, quod pervenire cogitat. Clariore acumine, vernacule: *No regulando la vanidad del porte por el posible; no es posible, que alcance la mano al barreno de la vanidad del porte.*

5 Deinde. Ultra quam poterat, extendi manus; fuit doloris excessus & poena, quoniam semper gravissima, progredi, aut transgredi ultra quod non est potentia. Tantum corpus habebat cruciaminis, quantum manus extensionis: & licet grave in superie pari, plus manum extendi, ubi non plus. Ambiebat, pervenire manum, ubi nunquam pervenit, nec pervenire quibat statura humana procrea; quoniam terebellum illud designaverat phantasia: & demonstrantur desipere, ubi & quo cogitaverunt lucere; igitur summa insipientia alere vanitatem, subclinendo crucem: cum crux molestior non sit, quam extendere manum in ampliore poenam; ut sine censu phantasia nutriat omnino vanitatis pompam.

6 Dolor est. At nullum indicant vanitatis fatigantes, modò extensio fastus sit in fomitem vanitatis. *Insudare epulas auro, quod terra, quod aer. Quod pelagus, Nilusque dedit, quod luxus inani.* Ambitione furens toto quaesivit in orbe, Non mandante fame, multas volucresque feraxque

Canit Lucanus lib. 10. *Belli Pharf. v. 155.* Haud decident à cogitationibus, licet sciant Christum per illos in creditoribus tradi cruciatibus. Quid quòd creditor pereat, dicunt, si eius miseriam cibatur splendor? Modò fiat in nitore fastus, quid quòd illius vel noster census aut sumptus? Si ad sine stolidi qui conditionis miseræ nostræ miseriam, sua commodent compassione; quid quòd nostra debita luant infeliciter in carcere? Si mensa usque ad vanitatis fatietatem, quid quòd alij non manducant? Primum est quod primum. Confessarium fugit theologia domus nostræ regiminis. Prædicator haud loquitur de rebus privatis. Lex est auctoritas nostræ, dignitas, splendor, conditionis fulgor, & prolubium aliquando. Non licet mihi quod volo facere? Non. Fastidium sine monitorum geminatio. Obturat aures suas, ne audiat.

Stat contra ratio, & secretam genuit in aurè, Ne liceat facere id, quod quis vitavit agendo. Publica lex hominum, naturaque continet hoc sua.

Ut teneat vitios inscitia debilis actus. Ait Persius Satyr. 5. vers. 96. Non sufficit admonicio rationis. Omnia dant ventis. Haud retrahent manum a terebra cogitationam, estò extensione pro vanitate torqueantur. Nostrates: *No les 'quitarán el barreno, que tienen, aunque los descomynten.*

7 Videamus, an sit medicamen huiusmodi infirmitati, quod arbitror impossibile. Ab infantia Absalomus comam nutrit, & aureis ramentis ornavit, ita ut fulgor reflexus ex radijs Solis, gratiam asciceret amplioris speciositatis: quod quidem lamentabile studium adolescentium, ad instar Narcissi comptulorum; quos vel Seneca de *Brevitat. Vita*, cap. 12. merito taxat, dicens: *Quis est isborum, qui non malit Republicam turbari, quam comam suam? Qui non sollicitior sit de capitis sui decore, quam de salute? Qui non comptior esse malit, quam honestior?* Absalomus ergo conspiravit in patrem, respuens genitorem regem, vi intendens exactionem; quasi idem esset inire pugnam, ac nutrire comam. Consertis manibus, dubio Marte, victoria declinavit vertus iustitiam, fugiens Absalomi rebellis insolentiam: hic ergo cum etiam subterfugeret, *Abbesti caput eis quereui, & illo suspensio inter caelum & terram, nullus cui infederat pertransiit.* Ibi cor eius transfactum tribus lanceis, moriens sicut vixerat suspensus inanium cogitationum capillis. Ecce phantasia supplicium: sit ergo exemplum, ut consistet quanta mala annexa vanitati, maxime verò quàm ducuntur pili.

8 Exponamus ruina, & amentia causam. Suspensus crinibus pendit Absalom. Non est gladiolus ad manum, quod fecerit verita crinium, cum perdantur cuncta, ne pereat vita? Quid, modò exiret, quòd mutius exiret vel intonsus? Si suspensus ita maner, sanè morietur. Cur igitur ita maner? Quia iucundius sedere in concilio vanitatis, ælimata dulcedine doloris. Sunt capilli iuxta Augustinum tract. 50. in *Ioann.* corporis superfluitates, & vanitatum ostentationes: ideo huiusmodi superfluitatis apparatus natura extendit in ventum. Si profcinderet Princeps vanam superfluitatem, consuleret vite: & nequit vel periculo imminente, capillo tangi; quoniam pili exponuntur acerbati mortis, quam indulgentiæ refecationis minimæ superfluitatis.

9 Hæc clare symbolum vanitatis, quam nutriti phantastici homines, in voluptatibus compedibus inventis, atque laqueis

Sit splendor do- nus in- ta consui.

Aliter pna gra visima.

Obnubi- tatur, quo effulgura re content dunt.

Lucan.

Nec alie- na mis- sio illos movet, nec sua.

Pers.

Abdicat ratio.

2. R. 7. 14. 27.

Senec. Sepe moribus solitior, qui capillis comptior.

Cap. 18. 9.

Prius amittent vitas, quàm di- mittere comam.

queis in delicijs. Aliqua diximus hic *Tautolog. 1. Didasc. 2.* num. 18. Ut exprimat gravis angustia, vel animi commoti sollicitudo, dicitur, hominem capillis esse suspensum, ex dubio afflictionis exitu, quasi inter metum validum, & spem prævisam, ægrè pendentem inter caelum & terram. En cura & spina genitæ ab ostentatione, igitur omnia à crebra sollicitudine: nimirum, quod ingenio ubi non est escæ, studendum splendori? Quomodò egrediendum de rebus præsentis embolij, quando ut aliud cogitatio nanciscatur, magis ac magis fraudulentæ licijs irretitur? Qua lege, ubi iam non est exitus promissione, possit negotium fraudibus procraftinari? Palam selamem, si parceretur sumptu, ac vanæ superfuitati: verum de huiusmodi consilio nec colloquium. Factus splendoris ibi alere fatigant; quamvis presentiant, quod ibi moriendum. Undecumque patiuntur angustias, & vident omnes in illos retorqueret lanceas: cæterum modò serventur intacta superflua, & inanium cogitationum crispas coma; parvipendunt pendere capillis, atque transfodi lanceis.

Ut constet splendor vanitatis, vivunt suspensa capillis.

Cuncta volent trita, & intacta que superflua.

Prædicitia subtrahit superflua ut abundent necessaria.

Insania est sine necessarijs, si- dere superfluit.

Ver. 14.

Lices pungatur pedis, in vanitate nec mod vendat pilus.

Nec tell, nec inerte accen- titur a vanitate.

Psal. 34. 16. Pulvis non cogitans nec sentit.

Psal. 39. 5. Nulla vanitas sine amentia.

lore. Pungatur licet intempectus, erga vanitatem nec movendus pilus. Dum Absalom sibi consulere voluit, suis cogitationibus implicatus non valuit; etenim rebus quæ construxerat fastus, mors tracta simul ante pendentes oculos. O fallax vanitas! O tenacitas iudicij specie sumptuositatis, qua regitur amaritudo desperatæ mortis! Dumtaxat tempore mortis, ubi non est tempus, cognoscitur virus: & ut deficiat, dum Princeps deficit; à famulis, qui pridem obsequabantur, tela mittuntur.

12 Demùm. Famuli plerumque in tuita commodi prodigalitates Principum plaudunt; quippe ex pluribus dispersis ampliora coligunt, amicumque titulo generositatis, parcere neque alienis, nec suis: & modò sua interit simulâ utilitatis, gratulantur ubi Principes circa luxum capitones. Ab infantia cum Absalome crevit capillorum vanitas, ostentationis fatuitas, perperâ consuetudine, & quasi nativâ in plausum inclinatione. Tres in pectus Principis directæ lanceæ non valuerunt removere capillos à ramis trunci, à quo pendebat ligatus catenis superfluitatis, ut laberetur miser in manus mortis. Considerate articulum & fugite. *Cum adhuc palpitaret harena in queru.* Summa fatuitatis est. Adhuc tot icibus pendens stat. Penensio in vanitatem nutritam ab ætatis flore, nec lanceis à morituro vano potest expelli. Vividijs dialecto Hispana: *Vanidades desde la edad primera envejecidas, no se quitan del cuerpo ni à lanzadas.* Nec telis, nec telis mortis.

13 Præterea. Corpus est, quod superflua in sui decorem, capillorum alit; & ex lege, quippe habet unde: igitur illi incumbit, quandiu habuerit, humoris; suppeditare expuntas, ut nutriatur etiam domus speciosæ vanitas. Inversa sunt officia in Principe Absalome, siquidem capilli seu superflua corporis corpus sustinebant in aère. Haud capilli debent sustentare corpus, sed corpus pro ornatu sustentare capillos. Sine humore caput proijcit capillos à se, & prudenter; quoniam renuit humorem expendere in vanam superfluitatem, quo eget incessanter in materiam nutritionem: estque vanissima ostentatio, iactare in ostentationis fastum, necessarium alimentum. Ita ius erat fieri: verum Principi imprudenti vel capilli fuerunt laquei, & suffocarunt superflua; quippe ab illo penitus inversa officia: siquidem si prudentia est ut vel vanitas alatur, ubi aliquid fit ex quo; desipientia planè summa, quin sit unde alatur superfluitas, quòd non secetur studiosa vanitas.

14 Uterius. Haud difficile negotium, quòd prudentia amputaret occasionis capillitium, verum moriuntur sine vento vanitatum. *Cum adhuc palpitaret*, hærebat quereui. Suspensi peribunt, & sic libido manebunt; quoniam illis maioris momenti pondus aëris, quam libramentum rationis. Sic penduli pilo stabunt; estò cor repleatur amaritudine, & viscera evellantur præ do-

15 Intendite. Qui prudens est, ait David, haud ducitur vanis, quinimò nec dignatur aspiciere. *Non respexit in vanitates, & insanas falsas.* Insanas dicit, & vanitates. Appositè. Vanitas nulla, quin sit insania: sed notandum, *Insanas falsas.* Etiam est falsitas in amentia? Ubi invenietur veritas, si vel in insania introductur falsitas? ER

Est qui velit esse impos mentis vel iocose! Nimis moleste gravesque nugæ.

Seneca

Sales si-
ma pipere
gravi.

Qua a-
mentia
sistat

Peior
quam ve-
ra.

Quare

Psal-
m. 10.

Libra va-
nitatis
fallax.

Ioan. 6.

Namquam sunt grati, qui nocere sales. Ait Seneca. Epigram. 5. in Consolat. ad Helo. Oportet ne aliquando insinire? Indulgeretur pro ioco, si aliquando. Insanias falsas. Si insanias, melior utique, quia ficta. Hem! Nocuior amentia, quia falsa. Qui insunt facultates in obsequium ostentationis, ducitur in expensis vanitate aeris. Qui nihil habet, & vanitatem fovet; quia non habet unde sit origo fulgoris, ducitur tantum aere vanitatis: iniquorum profectio articulo maior est insanias ficta, quam vera; igitur si ille vanus, hic vanissimus. Si ille stolidus, hic utique ad cachinnos insanus. Vanus ille & stolidus; quoniam in vanitatem dirigit cogitationis intuitus. Hic abundat amentia, quia amentia falsa, quæ insanior est, quippe ficta: igitur si ille gloriatur de vana ostentatione facultatis, hic gloriatur dumtaxat de imitatione inanis ostentationis. Ille gloriam ambit de laudata copia, hic vero stultus tantum gloriatur de amentia. Vernacule: Es mas loca la locura falsa, porque se hace vanidad de la locura.

14. Suppetat ratio. Qui expendit, habens quid expendat, habet sine amaritudine ostentationem. Qui sine censu huiusmodi ostentationem querit; habet fictam vanitatem, quæ quidem est maior insanias, quam insanias vera; quoniam qui vere insanus, habet questum & commodum ex ostentatione & fastu: qui insanus falsò habet amentiam de amentia, & insaniam sine commo-

Ne bilarem insaniam insanias. Ne rapiat mentem nimium damnoſa voluptas. Et tua iucundo corda furore premat. Non nisi ridenti vultu insanias vultu Allicit: in stavo toxica melle gerit.

Ait Alapide in Eccl. 2. v. 3. Mendaces sunt filij hominum in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Mala merx est vanitas. Mendaces sunt filij hominum in stateris, igitur fallax examen, cum ponderent vanitatis, quod debet fieri in fastum annis redditibus. Decipere tentant, & tunc ipsi decipiuntur; quippequam libram in luxum vanitatem vanitate, quæ caret pondere; quin velint vel afficti & affecti gustatum removere venenum, cum etiam revertantur de vanitate in idipsum.

15. Modus frugalitatis, & regiminis demonstratur à Christo. Alere voluit amplius quam propriam familiam, scilicet, quæ ad illum venerat, multitudinem magnam; & dixit ad Philippum: Unde ememus panes, ut

manducent hi? Hæ patrifamilias rationales curæ ex lege: neampè alenda multitudo magna, sed alimentum Unde? Ememus panes? Non amplius quam panem? Non. Quid plus? Si vel ad panem nil habet, quid emeret? Haud in desipientiam dirigenda est cogitatio luxus, dum vel ad necessaria deficit census: igitur ab omni ratione devium, cogitare in fastum mense perditio. dum deest unde ematur panis. Unde? Insignis vox! Quomodo familia deget, & servient servi, si non habent unde? Servi decipiunt dominos, ubi domini servos: & dum defraudantur non tantum conventionis, sed conventionis tempore; cogitantur servientes; & sunt latrones.

Non in
super --
sua dir-
gentia co-
gitatio.

Servi de
fructu
mercede
sunt la-
trones fa-
miliarum.

Verf. 9.
Minus
expendit
dum ia
delicato
cibo, quæ
in neces-
sario cer-
poris ali-
mento.

Verf. 12.
Sine su-
perfluo-
rum re-
dundantia
tis, sem-
per est co-
pia.

16. Unde ememus panes? Quid non sunt pisces? Sunt, sed omittit, dum in necessitatibus frugalitatem docet. Piscium delicatior erat esca: panis verò necessaria: & ius non erat, quòd ut semel opipare comederent, postea in subsidium nec haberent panem. Intendamus in apparatus. Quinque panes, & duos pisces: aptius videretur apponere quinque pisces, & binos panes: sed obsonium prudenter minuitur, dum panis in mensa alendis illo proponitur; quia non tantum debet expendi in delicato obsonio, quantum in communi ac necessario alimento. Itecirò de piscibus nil superavit, & superavit de panibus. Superabunt sane de necessarijs, quæque detrahuntur de superfluis. Colligite qua superaverunt fragmenta. Non obsonia, estò quibat facere, qui usque ad fatietatem dedit: verum docet discretam providentiam, ne fame pereant, qui necessaria requirunt ad vitam: quandoquidem necessariorum inolebit copia, modò non sit superfluoarum redundancia. Panis sit abundans famelicis: de edulijs verò quòd satis. Esca panis cum abundantia: obsoniorum autem nulla anallecta. Panis numquam parvus, & nonnumquam cum desideret stomachus: edulium verò si sufficit, nullius momenti, si deficit.

17. Qua superaverunt fragmenta. Invertunt homines eiusmodi ordinem, vel non habentes in alimentum panem; quippe illis videtur auctoritas non vivere, procul luxu & amentia vanitate. Christus primam cogitat, unde emendum, post quid emendum. Homines econtra eligunt cupidine, gula, auctoritate, iuxta ostentationis prolium; postque considerant (si considerant) quo emendum, & quo solvendum. In mensa Christi & quæ deficiebant, superant. In horum mensa vel quæ abundant, abundantiam evacuant; siquidem cum expensæ non

Expensa
sunt iux-
ta pro-
digiam.

fiant iuxta prudentiam, sed iuxta ventosi cerebri lasciam phantasia; quid mirum, quòd parca mensa sint, vel dum obsonijs abundant, si elargiuntur ex delicato cibo, quantum volebant?

Sine labo-
re delica-
tum ali-
mentum
vel da-
monia,
vel mira-
culum.

18. Haud proclive, inclinationem hominis in laborem, quo esca ematur, flectere, si modò habuerit escam sine labore. Ab instanti primæ transgressionis, sudore queritur panis. Si esca delicata, maior angustia. Plus sudoris, ubi panis filiginis. Sine labore in hac lachrymarum valle adipisci alimentum, erit næ vel demonium vel miraculum. Miraculum vel demonium? Uti-que. Ministrare sine labore cibum, est demonium: sed percipiens diaboli officium, ubi semper edulia lapidiorum pro communi alimento, cum sciant omnes sustentari miraculo. Quomodo laborantur, si non solum ex panibus, sed ex piscibus habent & quantum volunt? Quomodo prepediunt in laborem, ut querant panem, si sic stant, & habent quæque gula vult, stantes sic? Si nihil faciunt, quid faciunt, vel quæ non faciunt? Tunc ingreditur demonium, si deest miraculum, & queruntur miracula demoniorum.

Verf. 11
Perpera
distributio,
si ultra
quæ
dicitur ra-
tio.

Ut suppetat
panis
stoma-
cho, ci-
bus deli-
catus non
semper,
sed ali-
quando.
S. Be-
ned.

Si super-
flus com-
munia,
sicut ne-
cessaria.
Senec.

S. Be-
ned.

19. Quantum volebant. Haud fercula iuxta desideria stomachi, sed iuxta appetitus desideria. Non iuxta amulum rationis, sed prolium voluntatis, Quantum volebant. Velle pertinet ad appetitum, velle ut hominem, respicit intellectum: & ubi instat, ne deficiat panis in escam, prudens sollicitudo; cibi delicatioris tribuendum dumtaxat quòd dicit ratio. Sæpe Christus multiplicavit panes: bis multiplicavit piscem. Iure pro occasione & opportunitate. Interdum alimenta tribuenda non tantum ad escas, sed ad palati delicias: panis erat alimentum commune, pisces autem speciale: & ut semper suppetat panis esurienti stomacho, deliciae minus sæpe, sed aliquando. Quod superfluum est, amputari debet: ait Ss. Confessor Christi Benedictus Regul. Sanctæ. cap. 55. si quidem si superflua communia, sicut necessaria: & nullum gravius malum, quam luxu facere necessaria, quæ omnino superflua. Malum est in necessitate vivere; sed in necessitate vivere, necessitas nulla est: inquit Stoicus Epiph. 12. Parvo constat natura, & delectatur quo constat, dum alimentum queritur in alimentum, & nequaquam in fastidium.

20. Contemplare S. Benedicti feriem. Sufficere credimus ad refectioem duo palmentaria: inſit ubi ſupr. cap. 39. Duo, non ut palatum guller & regulet, sed propter di-
verſorum infirmitates, ut forte qui ex uno

non poterit edere, ex altero reficiatur. Non apponuntur bina obsonia, ut comedantur bina: siquidem qui in totum gula vebitur non sumit in refectioem, sed in fatietatem: & in necessitate viveret, dum appetit plus: cum in necessitate vivere, necessitas nulla sit: igitur sufficit cibis in mensa obvius, qui mortem à corpore arceat, & delicias non proponat. Sic gerere nos debemus (subdit Seneca Epist. 14.) non tamquam propter corpus vivere debeamus, sed tamquam non possimus sine corpore. Huius nos nimius amor timoribus inquietat, solitudinibus onerat, contumelijs obijcit. Honestum est vile ei, cui corpus nimis clarum est. Agatur eius diligentissime cura: ita tamen us cum exigit ratio, cum dignitas, cum fides. Alias semper & rationis, & corporis propudium.

Curia
necessitas
te vivere,
nulla
necessi-
tas ſit
Gula
quam no-
cual
Seneca;

Nec pompe veniet nobile ferculum.

Idem;

DIDASCALIA II.

In Eucharistia non saturantur nisi famelici.

I Nſit Gregorius Magnus lib. 1. cap. 1. in lib. 1. Reg. 2. 5. Fastidit Dominus fastidientes, & divites dimittit inanes: & fastidit qui ad mentem accedit, si non esurit. Sacramentum Eucharistia Benedictio dicitur, ut vidimus hic Tautolog. 3. in Exposit. litter. num. 5. & ut Esau benediceretur, dicit illi Isaacus Fac. Alapide: Præpara. Innuir in signo, quid fieri debet in augusto Sacramento: quippequam parum prodest panis Eucharistia, sine pectoris receptari præparatione. Quid vel cum regio cibo fiet, si suscipiens nihil facit: Fac: siquidem oportet prævenire Solem, in animæ splendorem, & dulcedinem, ac accedere pectore puro, qui quis conatur accipere benedictionem à Domino. Virtute decet, & sanguine niri.

Gregori-
Magno.

Panem
fastidit,
qui non
esurit.
Genes.
27. 7.
Alapide;

Sine præ-
paratio-
ne non
prodest
panis pa-
tis facti
Eucharistia.

Claudii
Nutritio
ſit virtus
te Sacra-
mentum,
accipien-
tis virtus.

21. Itecirò dicitur: Fac cibos. Ut cibi cibi sint, Fac: igitur non erunt in animæ delicias, nisi facias. Fiunt dum præparantur: præparantur, dum esuriantur: & cibi dicuntur in præparatione, ubi accedunt mensæ cælesti famelicis; quippe alias cibi manducantur, sed manducantes non nutriunt.

2. Quasi umbra Sacramenti venerabilis, elargitio proponitur Manna panis cælestis, & etiam in acceptione illius, momenta præparationis. Panis inopia laborabat

populus, de Aegyptiorum servitute eductus, & favere intendit in afflictione, qui dat escam omni carni. *Mane videbitis gloriam Domini.* Dixit illis Moyses. In quo ergo dabit Dominus mane panes in saturitate. Mane? Cur non hodie? Si gratius beneficium promptam, in velocitate cognoscitur amplius, quod divinum beneficium: quare igitur Dominus pronus in beneficentiam, in crastinum protrahit, quam nunc quit concedere gratiam? Ut in huiusmodi caelestia beneficia, praeferantur susceptura corda. Si tunc panem concederet caelestem, accederent quasi manducarent panem communem: & quod potest nunc, concedit mane, ut mens accedat famelici. Qui estur, escas appetit: qui non estur, fastidit: minimeque cum fastidio accedendum in caeleste convivium. Non qualis qualis erat panis, sed panis caelestis, quo videnda gloria Domini, tamquam in umbra Eucharistiae, qua conferenda uti pignus glorie gratia, & beneficia potiora: dicitque meditantur *Mane* pro gratia maiestate, atque commendatione beneficii: quia fas non erit, illum comedere panem sine ulla preparatione.

Exod. 16. 7c. Veri. 8.

Cur aliquid beneficia studio dilata?

Præcedat mediatio conserendo suspicio.

Maler gratiam accipere appetentia.

Veri. 13.

Motis si gnium, fastidire alimoniam.

que communionem praeferantur. Non comedunt dumtaxat comedentes, quia non nutrit actus solummodo comestiois: & dum exponitur caeleste convivium, panis datur ad vescendum; quoniam non comedunt qui comedunt, sed qui ad virtutem nutriuntur. Nutriuntur qui cibo exterminant vitia. Comedunt, qui carent gratia. Nutriuntur, qui accedunt, ut comedant. Comedunt, qui accedunt mensae, ut accedant. Nutriuntur, quibus prodest panis. Comedunt, quibus non prodest. Nutriuntur, qui suspirant antequam comedant. Comedunt, qui post sumpcionem suspirant. Nutriuntur qui ad escam praeferantur. Comedunt qui vitam nutriuntur: & permanent infeliciter ieiuni vescentes caelesti pane; quia communionem haud comprobant refectio, sed recipientium nutritio. Datur bonis ad vescendum, ornatis gratia: malis vero comedendis non datur; quoniam malis non est esca.

Non comedunt, dumtaxat comedentes.

Sed qui nutriuntur.

Maler Eucharistia non est esca.

Ierl. 24. 26.

Sancit.

Non comedunt, sed deglutiant.

Anima Deo prae parer boni spirituum.

5 *Comedatis vescentes* (dicit Dominus per Prophetam) & *saturabimini.* Opportune: qui comedentes non saturantur, non comedunt. Sit ergo: verum quid, *Comedatis vescentes*? Non vescantur qui qui comedunt? Non. Aliquid notatur insigne in huiusmodi phrase, & vel umbra fulgore. *Maxime* (subdit hic Sanctus num. 84) *quod cibum illum caelestem tradiderit, quod germinat virginis.* Magnum epulum & delictiosum, ceterum comestione comedendum, est magnum: quid igitur novitatis, quod comestione comedatur panis caelestis? An quia comestio est cibi in nutritionem preparatio, & qui sine preparatione in convivium accedunt, comedentes non comedunt, sed deglutiant? Aliud later documentum. De illo qui laetis cibis vescitur, *Seit comedere* dicitur: idem in convivio caelesti; quippe quaequid ibi, sunt deliciae: & profecto vescentes comedent, qui qui comedere sciverint. Animam suscipere huiusmodi panem, est comedere. Corpus tantum accipere, est vorare. Comedere, est preparari in susceptionem: deglutire, ut suscipiatur, suscipere caelestem panem; & ut sit suscipiendi cognitio, comestio fit comedendo, & non vorando: igitur ut sedeat divina maiestas in anima, dignum hospitium debent praeferre corda. *Comedatis vescentes.* Est qui comedendo non manducet. Comestione effectus comprobant, dum virtutes florent, ac pravæ affectiones sedent: & ubi cor in vomitum revertitur, nihil in sumpcione manducatur: quippe prae fame languent, tamquam nunquam comedisent.

6 Si Doctoris Gentium sequimur doct.

1. Cor. 14. 20. *Nolite pueri effici sensibus:* dicebat Corinthiis. Ne sitis pueri, maxime in Sacramento Eucharistiae: igitur huiusmodi studium petit iudicium. Ne sitis pueri, qui cognitione carent, igitur Eucharistia claram exigit conscientiae cognitionem: & qui sine cognitione accedit altari, appropriat morti, dum conatur vitæ. Ne sitis pueri in panis caelesti manducatione. Quomodo manducant pueri? Comedit puer sine delecto, sine discretionem, an quod gustat, profit illi, vel noceat. An sit alimentum proficuum vel venenum: & monet Paulus accedentes ad altare, non comedere, sicut comedunt pueri; quoniam cum debeant comedere, ut communicent, communicant sepe, ut comedant. Pueri nihil considerant, exequantur quaequae cogitant: & minime adinstar puerorum comedunt, accedendum est in caeleste convivium; quippe illi non comedant, ut nutriantur, sed ut fatientur: quin, modò manducant, praevident, quòd cibo crepent. Ne sitis pueri. Haud ita dicit, sed *Nolite effici.* Hoc lamentabile, dum homines corpus Christi improspecte suscipiant. Non sunt pueri, & lachrymabile nimis, quòd efficiantur: igitur conscientiae omittunt examen, habentes rationem quae nullam haberent: comedunt ut comedant, suscipiunt ut suscipiant, quin suscipiant in susceptionem, cum puerorum adinstar non habeant capaciatem *Nolite effici.* Exigit mens atque magnæ animadversionis cogitatus, quia suscipienti obicitur panis vitæ & intellectus.

Non accedendum in confiderato caelesti convivio.

Sine exa wine conscientia.

Paros utilitas, tantum sensibilibus suavitatis. Ibid.

Nihil est salum accedere altari.

niam minime accessuri, ut accedere videantur. Non sensu quo pueri, facientes quae vident facere, sine ulla facientium dispositione: igitur quamvis anima ornata sit dono gratiae: fertur aegre, mens accumbere, neglecta, quoad potest, dispositione.

8 Convivium grande, quasi specimen divitiarum amoris, hominibus famelicis disposuit Pater caelestis. Iudei neglexerunt ire: vocavit Gentes dumtaxat ductus amore, igitur qui invitati erant, non fuerant digni. *Impleta sunt nuptiae discumbentium.* Illustris schema! Non mensae, sed nuptiarum. Iurè, ut sciret qualibet anima digne accedens ad mensam, protinus esse illam dignatione sponfam. Intravit ergo rex et videret ex vocatis discumbentes, & quidam ibi sedens displicuit oculis: cui quidem dixit: *Antea, quomodo huc intrasti, non habes vestem nuptialem?* Gratiam habebat, igitur vocat amicum: sine gratia, Dei & hominis non potest esse amicitia. Cur ergo si habet gratiam, tradidit amicum in poenam? Quia habebat vestem pollutam.

Math. 22. 10. Accedens digne anima, Christi fit sponsa. Veri. 12.

Iuvant.

Hieron.

Summa munditia accedens dum.

Extremum suadentia sine dispositione accedens mensae.

7 *Nolite pueri effici sensibus.* Sunt sensus falsi testes in Sacramento Altaris. Sentium defectus supplet integerrima fides. *Nolite pueri effici sensibus,* quippe effiaciores sensus in Sacramento Eucharistiae, nullos habere, tamen quoad fidem, tamen etiam in proficuum susceptionem; eteniam nullas in anima construit delicias sensibilibus tantum suavitatis. Ideo addit: *In sensibus perfecti estote:* quandoquidem perfectio sensuum, nullum est ab illis accipere testimonium: perfecteque accederemus altari, si florenter tanta mortificatione, carnis insolentes appetitus; quasi in illa humilitate non essent sensus. *Nolite pueri effici sensibus,* quia sensibus tantum ducuntur in quae ducuntur: quae vident faciunt, & quia videntur, procul operationum intuitu, ac rationali conatu: & non sensu quo pueri ducuntur, accedendum est altari: quia animabus non prodest, tantum accedere. Non sensu quo pueri ducuntur; quo-

Vidit indutum pollutam vestis amictu, Laetitia thalami fuerat que dissona longè. Isque ubi regalis sermone pondero causas reddere pro vestis maculis & labe iubetur. Canit Iuvenalis lib. 3. Evangel. Hist. v. 763. & Hieronymus hic: Amicum vocat, quod imitatus ad nuptias est: arguit impudentia, quod veste sordida munditias polluerit nuptiales. Quanta poena manet suscipientem indignè, si ita accedit indecore convivanti? Si indignè accessisset, de ingressu argueret: & non arguit, quia ingressus, sed quia sic ingressus; siquidem in nuptias, ubi Salvator sponsum est, non ingrediendum sic.

9 Vestis dispositio est: & ut vidit vellem immundam, recubentem designavit in poenam: quippequam summum audaciae, amicum mensae accumbere absque ulla dispositione. Immundus dicitur, quia immundam habebat vellem. Magni debet aestimare conviva quamlibet imperfectiorem: & laet poenas non ornatus, quasi esset immundus; quia imperfectiores debent deleri respectu Sacramenti Eucharistiae, quasi essent quae levia magni momenti. Non habuit nuptialem, quamvis habuit vellem, dum recubuit comedere caelestem panem. Vestis nuptialis est omnimoda dispositio animae, ut Sponsum suscipiat, ac in cordis penetratibus habeat. Sordescunt corda vel conditione humana, quae usquequaque respicit, si non ostendit: sordes imperfectioribus oscitantur contrahit; quae profecto deveniunt gratiam, sine circumspectio-

Etone accedentium ad mensam : & qui vestem nuptialem non habet , traditur vel à dilecto cruciatibus ; quia ad convivium accessit imperfectionibus. Amicus erat ; & per tormentum patet , quanti fiat accedentis imperfectio ; igitur vel qui invitat minime parit amico. Haud parvipendant convivere vel levem conscientiam imperfectionem , accedentes in mensa Sacra manducare panem. Nudi mittentur in tenebras interiores : arbitror penas inferni. Qui vestem mundam non habent , in exteriores tenebras , videlicet purgatorij : & amici momentum de mundicia vestis , dum mentem accedunt altaris ; ne patiuntur in purgatorio , quæ nudi gratiâ suppontant in inferno.

Sedol.

Suppliciumque dedit signam magis esse salutis.

Accinit Sedulius lib. 5. *Carm.* v. 186. Aptè supplicium salutis signum , *Ut ceteri metum habeant* : uti ait *Regul. sanct.* cap. 70. Ss. *Benedictus* : igitur ex pœna negligentie , confulet quisquis viderit , circumspeditioni , ne qui panis singularis dulcedinis , sit accipienti panis acerbi doloris.

S. Bened.

Pœna levioris criminis indicat quantum in gravi.
August.

10 Deinde. Vestis impura & in nuptijs non nuptialis , iuxta Augustinum lib. 2. *contr. Faust.* cap. 19. signat , qui in Dei gloria , suam , non Domini gloriam querunt. Queritur gloria Dei in Sacramento Eucharistiæ , dum Christus recipitur in salutem , & gratiam ampliore animæ. Pro virtute enim habetur frequentate cœleste convivium , ut frequentia augeatur gratia , & iuxta gratiam sit vita : quippe haud facile cogitatur communio specialis & vita communis. Ducuntur sæpe stolidi plausu , quasi virtutis signo , sese in usu Sacramenti quærentes , sine nuptiali habitu dispositionis. Debent atrahere in huiusmodi epulum animas gloria Dei & propria utilitas : & qui sine vestis splendore accessit , penas negligentie luit ; quoniam accessit altari , abique ulla animæ & corporis devotione. Debebat ingredi , sicut ingressi sunt ceteri : & plectitur audens sedere ad convivium , quia non est ingressus , sicut alij ingrediebantur. Imitatus est ingressum , & non ingredientium modum. Suam querebat gloriam , & permissus est penam : igitur ingressus est ad altare , ut notaretur ingredi : accessit absque alia consideratione , quæ ex incuriosa consuetudine , ut videretur accedere.

Non aptè cadunt communio specialis , & vita communis.
Accedunt plures in curiosa consuetudine , ut videantur accedere.

11 Observamus originem cruciaminum , an attecimus in his frigidis devotio-nibus abusum. Si ingressi sunt in convivium , quosque servi invenerunt , vel ma-

li , vel boni , claudi , furdi , cæci , idest lethali-bus criminibus adfricti ; cur rex hos cle-mentissimus praterit , & amicum videt , & severissime corripit ? Illi fuerunt peccato-res , sed non erant. Fuerunt peccatores , sed erant pœnitentes , qui quidem averfantes culpam , acceperunt vestem gratiam , & ves-tem nuptialem , quippe quoad potuerunt , nacti sunt dispositionem. Huius foyit au-daciam , gravi crimine scire non graviari conscientiam , ut absque ulla alia cordis dispositione , epulo fruereetur cœlesti. Illi haud ausi sunt ingredi in communionem panis , sine veste nuptiali dispositionis. Hic traditur esse amicus in pœnam , ut ceteri metum habeant : igitur dignum supplicio , quod audaciam foveant , quotidie altari accedentes , quam non habent nec insignes peccatores.

Gravis est audacia , inturiose accedere , quia te-tali crimine non gravatur conscientia.

12 Ultrâ. Gratiam habebat , sed gratia non habebat nitorem , qui exprimitur per nuptialem vestem. Si vellet , haberet : præmittereturque , si vestem non haberet , quia habere non poterat : meritòque plectitur , quoniam habere volebat. Habere potuit , & sine decore accessit : ac increpatur & plectitur , quia panem cœlestem manducabat , sine omni dispositione , qua poterat. *Ruffied venit* : inquit Alapide. Confidere debet , quod nihil consideraret , & cogitare tam Domini dignationem , quam propriam villiamem ; epularum insignem gratiam , sine merito concessam. *Quid , Qui , Quare* , & *Cui* favebat amor , & quomodo gratijs animæ debet respondere decor , ut non tantum nuptijs veniat anima pulchra , sed sine macula : quas , par est , habere considerationes , ni excusetur barbarie rusticitatis : & qui rusticus in convivium ingreditur , tormentis traditur ; quoniam mensæ , ubi exponitur amor eximius , accedit quasi esset barbarus.

Plectitur qui accedit sine omni dispositione qua potest.
Alapide

Quid in-dispositio nem con-siderandum?

13 Denique. Amor beneficis est. Sine communicatione languet , ac in gratiam impediens recrudescit. Vincus manibus & compedibus pingitur à Chartario de Imagin. in *Lusone* fol. 133. Quomodo extendet in favores manus , si iacet vincus ? Quo pacto studebit gratijs , si manet in vinculis ? Quo ingenio favebit , dum vel gratiam expectantes ligant & manus , & pedes ? Ampliores divini amoris delicia cum filijs hominum esse ; & exardescit , eod quod deliberans elargiri beneficium , ingenium liberale accerat à filijs hominum. Iuxta modum recipientis præbet gratiam & sui communicationem : iareque exacerbatur in vestem nuptijs aptam non habentem ; quia

Amor in-vinculis.

Agre fert amor non posse commu-nicari.

ne-

DIDASCALIA III.
Medicina vulnerum cœlestis Sacramentum.

Marc. 6. 5. *Ad mo-am reci-pientis re-cipitur.*

nequibet favere respectu indispositionis , iuxta suæ ingenium summæ liberalitatis.

14 De Servatore in patriam suam ingre-diente , dicit Marcus : *Non poterat ibi virtutem ullam facere : nisi paucos infirmos impos-sitis manibus curavit.* Paucis medetur , cum essent plures infirmi , qui restitui poterant fanitati. Cur ergo non omnes , si Sol ibi cuius fanitas in penis ? Ibi plures laborabant infirmitate : utique , sed non poterat ægrotos curare ibi. Quomodo non potest , si aliquos à languoribus curavit ? Quia unicè pauci , ibi erant fanitati dispositi : & sanarentur omnes laborantes ægitudine , si fecissent in commo-dum , quod illi pauci. Iuxta qualitates infirmorum , operatur & acturum nobile medica-mentum : nequibatque ullam virtutem facere , quippe ad nullam virtutem erant dispositi.

Fie amoris r. adeo , quod eius virtus non ab infirmitate impediatur , sed ab ægrotis.

15 Medicus volebat mederi languoribus ; ut infirmi florent virtutibus : tædetque medicus , quod eius medicamina summæ virtutis , non ab infirmitatibus impedirentur ibi , sed ab ægrotis. Plorabilis metito huiusmodi laborantium conditio : igitur hac nequam dispositione , ibi virtus forebat sine virtute. Ubi multa poterat participari , expulsi-one malorum , & abundantia gratiarum , nihil collectum. Favere conabatur cunctis in patria , verum amantis fuerunt irrita vota : laeso ac vulnerato amore , eod quod nulla esset virtus , & Deo præsentem. Ingens omnino iudicanda fatuitas , ubi adest medicaminum effi-cacitas : siquidem summam arguit fatuitatem , habere præ oculis medicamen , & languorem. Venit Christus , ut morbos auferat , & virtutes distribuat : his effectibus cognoscitur eius præsentia , ut removeatur culpa vel augeatur gratia : & nullam potens virtutem facere , mœrens exivit ; quippe vadit , uti venit. Mœrens è loco exivit , vulnerato amore , quod essent patet sanitati restituti : igitur intenderat flammâ ac vehementi charitatis , quod essent omnes : & essent , si uti ceteri infirmi sese disponderent. O amor summe , & amoris summa!

Quia non disponitur pe-tus , sine virtute patet Sa-cramenti virtus.

— *Quocumque loco sanctus mactaberis ag-nus*
Inque cibos sanctum porrexit hostia corpus Christi tuum , non attingat tua dextera vin-dex.
Propterea veterem exutos formamque vir-numque
In vita novitate tuam facias sumere corpus.
Canit Avitus lib. 5. *Genes.* v. 249.

Alcim. Avit.

Tom. II. Taut.

1 **A** Struit Augustinus de *Verb. Do-min. secund.* Luc. serm. 28. & Chryostom. Homil. 24. in 1. ad Cor. ubi inquit : *Hac mensa anima nostra vis est , nervi mentis , fiducia vinculum , spes , salus , lux , vita nostra.* Omnia in uno , ut gaudeat cunctis feliciter homo : igitur nullum genus vulnerum , cui non medetur , & delectat Eucharistiæ Sacramentum. Retorqueatur altiori sensu Ethicus lib. 2. *Elg.* 1. *Omnes humanos sanat medicina dolores Solus amor.*

Augusti Eucharistiæ est medicina univèrsalis.

Propriet

Paret apotheca , ubi ab amore univèrsalis constituitur medicina.

Remedia rum apotheca.

2 Videamus signum. Ægrotavit in mortem Ezechias ; sed constituit Dominus , ut vidit plorantem , quod infirmitas non esset in mortem. Signum peti in salutem Rex , & datum quod umbra reverteretur in horologio Achar. *Invocavit Dominum , & reduxit umbram per lineas , quibus iam descenderat in horologio.* Hoc quod regi videtur difficile , mihi videtur mirabile. Iccidit huiusmodi miraculum dicitur signum , quia in illo figuratum mirabilis Sacramentum. Intendit. Si Solis videtur descensus , nullus iacebit ægrotus : siquidem non est infirmitas , ubi in oriente Sole nascitur sanitas.

4o Reg. 20. 11a Descendit Solis in-stig fau-lus huius inang na-tura.

3 Contemplamur unde signum , ut faucij queramus avidè medicamentum. Cur sanitatem non elargitur promptè regi languenti pessimâ plagâ ; sed expectat , quous-que gnominis horologii descendat umbra ? Ut pateret signum medicinae univèrsalis , in cunctos generis humani languores & agri-tudines. Umbra est accidens resultans ex luce & corpore opaco , aëris transparentia interposito. Umbra quæ signum perfectæ va-litudinis Ezechie , erat accidens sine corpore : de quo Nos hic latè *Didasc.* 7. à num. 12. Accidentia sine corpore esse , est miraculum & summum in Sacramento Eucharistiæ : & in signum infallibile salutis præ-ostenditur Sacramentum altaris quippe tunc accidentia languorum recedent citò à cor-poribus , ubi corpus videatur sine acciden-tibus.

Nullus infirmus dicitur in Sacram-entum vide-tur Christi si corpus

4 Nota. Duplex fuit in hoc signo miraculum. In indice , quippe non habebat umbram , esse interposito luci. In um-

Zzz 2 bra,

bra, quoniam facta sine corpore: igitur hæc non respondebat futuri iudicii, nec iudicis corpus rectitudinis ac perpendiculari Solis: & huiusmodi proponantur miracula, pro nova singulari medicina. Pro evacuatione vulnerum humani generis, & ostentatione sapientissimi amoris: quandoquidem corpus erit sine accidenti, dum accidens sine corpore. Multis infirmitatibus quaeritur conditio humana, verum prompta in corpore Christi est medicina: igitur uti medicina universalis valet in infirmitates laborantis conditionis.

5 Plaga missa in Aegyptios memorantur à Salomone, quibus faucij corruerunt & plerique suffocati; igitur ruebat undique & usquequaque in pœnas, quasi in illos Dominus misisset furias. Gravis in cunctis plaga cruciaminum: Pro quibus (subdit Sapiens) Angelorum esca nutritivisti populum tuum. Quid hoc? Si in pane cœlico lateret mors, dolor, venenum, gladius, aut alia nocua, similitudinis pateret intelligentia: verum quid panis Angelorum, cum missione plagarum, ut pro illis illatis Aegyptijs, populo Dei daretur panis cœlestis? Ut probet seipsum homo, dum accedit altaris Sacramento: etenim si bonis datur esca pro plaga; malorum plaga erit esca: quippe circumdant dolores inferni, mensæ cœlestis accedentem indigne.

6 Ergo Didascalie instituto. Mistæ Dominus plagas in Aegyptum, pro quibus Angelorum panem nutritivum populum. Haud intenditur in haccine arbore boni & mali, (mali malo, & boni bono) ullam vel leve malum, imò bonum & summum. Quare igitur pro vulneribus extremi doloris, cœlestis cunctis proponitur panis? Ut conset intelligencia cladis naturæ & generositatis medicina: igitur in illa recipitur tamquam in compendio salutis, quicquid adversatur valetudini hominis; cogitante amore in hominum obsequium, quod nec cogitavit illatenus votum: quandoquidem ut vinceret languorum grassantium efficacitatem, in pane medicinam insinuat efficaciorum, missa infirmitate, & medicina expellente: unde Sapiens recolit simul plagas, languores Aegypti, & panem cœli; quippe universalis medicina vulnerum præstat panis Angelorum. Adta probatur exitus. Aegyptiorum domus non erat, in qua non iaceret mortuus: verum in tribubus Israël nec unus erat infirmus.

7 Cæterum dies: ita exierunt, sed necdum datum Manna in salutem Israël. Quomodo ergo iam medicina erat? Quo-

niam erat singularis medicina: ita ut eius rutilaret operatio, antequam descenderet in escam panis de cœlo. Nescio, estò auguror, an ob huiusmodi intuitum Manna Panis dicitur Angelorum. Panis ille de cœlo signabat Filium Dei descendit de cœlo, ut fieret homo, qui quidem Deus-homo, suppositum duarum diversarum naturarum, Salvator hominum & Angelorum. Hominum ab incarnatione: Angelorum ab initio creaturæ: & qui panis hominum dicitur panis Angelorum, ut clareat pro infirmis panis nobile medicamentum: igitur singulari ingenio proficiebat ægrotis, & antequam descendisset in alimentum de cœlo. Nullus in tot millibus hominum infirmus erat, quoniam panis ille à languore præservabatur.

8 Pluit illi Manna ad manducandum, ait Regius Plaltes, panem cœli dedit eis. Observa obiter unionem panis & pluvie, ut corde puro accedat homo mensæ Eucharistice. Dum insigne cœlicæ panis beneficium contulit, dicitur consulto Pluit. Pluvia est ploratus nubium, & symbolum lachrymarum: & dicitur Pluit, dum in cibum Manna contulit; quippe tunc dignè fuscipitur panis cœlestis, dum fuscipitur lachrymis. Pluit. Singularis stylus, verum proprius: tunc igitur cognoscitur panis actusitas, dum cor liquefeit in lachrymas.

Intus agunt lachryma, sic liquor ab omnibus intus.

Hinc mihi succensit caluit quoque flamma medullis.

Canit Herm. Hugo lib. 3. Desid. Anim. suspir. 5. Removentur vitia quibus tamquam nive friget anima, ut clareat quod ex vitorum dulcedine, haud remanent nisi lachrymæ: tuncque patet, cum ardore Solis, quæ summè frigida, ardescunt pectora flammis. Unde anima liquefacta, ut Dilectus est locutus (si ita verbo, quid hospitio?) ingemiscit gratulabunda, dicens:

Nix ego, Sol Christus, radiorum ardore liquefacto.

Nil mirum ex oculis si fluat unda meis.

9 Pluit Manna, quod singularis panis, ut manducantes fatigerent dispositionis: igitur aptior dispositio ad Sacramentum pluvia oculorum. Hæc pluvia in cordium terra gratissima, quia voluntaria, ubi cœlum confert panem in Eucharistia: etenim cum dolor exierit lachrymas, & ex lachrymis oritur pectoris puritas; nullum hospitium iucundius adveniendi preparare potest pectus, quam dum patet per oculos pectoris planctus. Pluit. Ostenditur vinculum inter

Cur dicitur panis Angelorum? Ubi sup

Singularis medicina.

Plalm. 77. 24.

Tunc dicitur panis accipitur, ubi lachrymis comedatur.

Herm. Hugo.

Nil remanent ex vitorum dulcedine, nisi lachryma.

Aptior dispositio ad sacramentum pluvia oculorum.

ter panis delicias, & fuscipientis lachrymas. Per lachrymas indicatur penitentia: & ubi panis de cœlo descendit, descendit ut pluvia; quoniam anima debet disponere hospitium, non tantum ex lachrymis, sed ex pluvia lachrymarum.

10 Pluit Manna. Sufficeret in favoris expressionem, elargiri panem, omnem habentem dulcedinem. Panis istiusmodi gratia erat, & ut esset gratior in abundantia; descendebat in pane gratiarum pluvia. Aptius populo ingrato, quod pro crimibus de cœlo descenderet panis; & non gratia, quibus magis incurvæ, cervicibus duræ. Cœlum accepit iniurias, & pluit gratias? Utrique, an ducatur rationalitatis conditione, quæ magis tenetur gratijs quam flagellis; vel ut flagelletur gratijs, cum inimicum pectus magis pungatur cuspidæ gratiæ, quam flagitæ cuspidæ. Sic: verum pluere de cœlo huiusmodi suavissimum panem? Ne. Intendebat anxie populi conversionem: & ut medium efficacius voto, pluit & exponit oculis panem de cœlo; quoniam summa re verâ cordium protervitas, ni coram pane cœlico converterentur in lachrymas.

11 Pluit illi Manna (respondeamus principali proposito) quod dicitur Panis de cœlo. Ita subditur: Panem cœli dedit eis. Si panis descendebat à secunda nube, cur dicitur esca cœli? Quia non poterat esse nisi de cœlo, qui medicinam præstabat inaudito modo. Non erat in languore antidotum, sed alexipharmacum. Comedentem à morbis omnibus præservabat: ait Abulen in 17. Exod. quæst. 8. quem sequitur Theophilus Raynaud. in Diptych. Marian. part. 1. punct. 2. num. 19. Opimum rutilat exemplum pro immaculata Conceptione Virginis, præ cunctis & in cunctis singularis: igitur cum Christus omnibus veneratis à capite, esset antidotum; mari viri alexipharmacum: illa etenim per præservationem obtinuit sola salutem, rutilans singulariter immaculata; quoniam ante vulnus originale preparata medicina.

12 Manna igitur eadem florebat virtute, ut micaret quid futurum in vero pane cœlesti. Non pharmacum præstat, nec anti-pharmacum, sed alexipharmacum in cunctis miraculosum. Amplior & nobilior virtus vitæ in virus, ut valeret pectus. Si esset pharmacum, venenum supponeret vulnere, licet esset antidotum; & conferret salutem post contractam à corpore infirmitatem. Alexipharmacum præservat à morbis, inaudita novitate medicaminis: & Manna descendens de cœlo dicitur medicina, sed

In Eucharistia gratiarum pluvia.

Gratia inimica sagitta.

Protervitas corda, Eucharistia pangit non concessa.

Ibidem Manna erat alexipharmacum.

Abulen sis. Theop. Rayn.

Virgo singularis in conceptione.

Panis Christus non tantum alexipharmacum, sed universale pectoris re medium.

præservativa; ut claresceret, quid verus panis facturus in anima: quippequam rutilat huius cœlestis medicaminis maestas, in eo quod salvet, antequam veniat infirmitas. Gaudium debet esse, si pessimum ulcus accedit ad sanitatem; verum amplius, quia præsens medicaminis virtus ante vulneris languorem. Affectiones animæ vicia sunt, sicut corporis molestæ infirmitates. Siquis vestrum (ait Bernard. Serm. 1. in Oena Domini.) non tam saepe modò, non tam acerbos sentit iracundiæ motus, invidiæ, luxuriæ, atque caterorum huiusmodi gratias agat corpori & sanguini Domini: siquidem virtus eius non tam ut sanet venenata corda, quam ut proste pangendis ante venena.

13 Videte fabulam. De hominibus iuxta arborem vitæ ac voluptatis degentibus fingit Elianus lib. 3. Var. histor. cap. 18. A morbis immunes esse, atque suum tempus in suavissimo risu, & voluptate consumere. Arborem, quæ fluvio voluptatis agnoscuntur, fructum contrarium tristitia ferre. Qui enim hunc gustat, ab omnibus pristinis cupiditatibus abducitur, & si quæ amavit in eius oblivionem venit. Adeo sine controversia iustitiam colunt, ut persepe Dij immortales non dedignentur ipsorum uti consortio. De hoc agam alibi latè. Demonstratur in fabula qualitas vitæ animæ, cum effectu Sacramenti: igitur ut recipientes sine languoribus immunes, relegere debent à cordibus pristinas cupiditates: amor sæculi nos subtrahit à dulcedine panis, qui debet esse nostri tantum scopus amoris: & non communicantur effectus fructus arboris vitæ, ni amor sæculi sepe liatur, si panis sa cur comeditur.

14 Quod signum adventus tui, & consummationis sæculi? Christo Domino dixerunt discipuli. Quid consummatio sæculi cum adventu Christi? Quid mundi destructio cum Salvatoris adventu? Venit Christus & mundus stetit, minime evanuit: cur ergo denudò adventus inquiritur; ut mundus illo moriatur? Quia non bene conveniunt adventus Christi, & integritas sæculi. Unius aut odij cadet, aut cedet amori, Nec pariter dominum serous patietur utrumque.

Accinit Iuvenens lib. 1. de Eoang. hist. v. 656. Cum in iudicium Christus venerit, mundus totus flagrabit: imò flagrabit, ut vanitas eius abeat, antequam Christus in iudicium veniat; ut dum igitis ante ipsum præcedit, sciat quomodo præparandus, qui fuscipit: igitur Christus haud venit in pectoris hospitium, quando in illo florebat sæculum. Unde aptè Apostoli inquirunt de ad-

Bernard.

Fructus arboris vitæ & voluptatis Eliæ.

Amor sæculi sepe liatur, si panis sa cur comeditur.

Matth. 24. 10.

Non eadè hærent amor Christi, & amor sæculi.

Corpus est sine accidenti dum accidens sine corpore.

Sapient. 16. 20.

Egyptie plage communitant indigne.

Pro medicina quæ datur pro mis cœlestis.

Plalm. 304. 37.

ventu Christi, & mundi consummatione; quippequam non, uti decet, suscipitur in habitaculo pectoris, ni mundus tradatur prius flammis odiosa oblivioni. Non mundus, sed mundi blanditiæ nocent homini, qui desiderat in vita fructum vitæ. Retinacula cupiditatum in eius fatiatur, fraudant homines à suavitate panis celestis: & coniugitur falsitudinis consummatione tardij, titillans mundas, dum signatur Christi adventus; quoniam non fruatur in mundo panis dulcoribus, qui non abducitur ab omnibus pristinis sæculi cupiditatibus: igitur haud nanciscetur fructus singularis dulcediam, ni sæculi quod amavit, exhibuerit oblivionem.

15 Uterius, Qui in huiusmodi hortu vivit, vità à morbis immuni lubitò gaudet: & cum arboris fructu, ac Salvatoris adventu, mundi proponitur & ante consummationem consummatio; igitur tot erunt in recipiente languores, quot in voluntates sæculi cupiditates. Quod signum in pectore hominis adventus Domini? Consummatio sæculi: igitur dignè communicat, si hoc amore, eius quem prius amavit, oblivio veniat. Hæc est vera communicatio, mundi oblivio, & mori mundo, sese abducere à delicijs, voluptatibus amaris, semetipsum sibi abnegare, sese vincere, ut Deus immortalis, hoc mirabili Sacramento, non dedignetur uti dignitatis consortio. Virtutes sequi, iustitiam colere, gratiam augere favore altaris, sunt effectus bonæ communionis. Consummatio vanitatum sæculi, signum est adventus Christi: ceterum vivere sæculo, & frequens communicatio; de communione egredi, quasi non communicasset, nec divitias gloriæ secum haberet, quia sæculo non consummatum, licet Christi in pectus cogitaret adventum; est communicatio sine effectu communionis, quia vici divitiarum nihil inveniunt in manibus suis. Christus venit in cor, ceterum nec signum est. Ignem venit mittere in terram cordis, verum nec apparet ignis. Licet videatur in frequentatione devotionis flamma, cum mundi dilectione vel flamma frigida.

16 Vidit Moyses rubum igne vallatum, sed incombustum. Videbat, quod rubus arderet, & non combureretur. Philo de Vit. Moys. lib. 1. ait: Apparuit forma pulcherrima, nulli visibili similis, divinum simulacrum luce clarissimâ. Huiusmodi formâ, & ignis efficaciam, rubus senticosus erupit in flores (ut diximus Tautolog. 6. Didasc. 4. n. 6.) & liquefacti sunt lapides, iuxta Rab. Ionatham, qui autumat flammam celsisse, quin rubus nudaretur vepribus, circumdatus igni-

bus. Allegoriam præseretetur; ut dignè ad mensam Dominicam accedamus. Rubus signat fragilem humanam naturam, flamma divinam præsentiam, vel dispositionem ad gratiam, vepres stimulos peccatorum, flores pompam vanitatum. Ubi apparuit huiusmodi prodigium singulare? In corde rubi. Sit: verum inquirendum, an ibi Dominus esset? Nullo modo: qua lege non Dominus, si apparuit in flamma ignis de medio rubi? Ibi fulgebat forma pulcherrima, qua signabatur forma Eucharistia; igitur Deus communicatur sub hæc pulcherrima forma. Quare igitur si in corde recipientis sedes sit flammæ, Dominus non est in corde? Oculis occurrit causa. Rosæ studiose pulchritudinis, flores vanitatis, decor vellis, fastus venustatis, & Deus in corde communicantium; non bene conveniunt. Effectus formæ pulcherrimæ, sine dispositione pulcherrimæ formæ in optatam virtutem, non bene coherent. Non consummi flammis, efficacitate celestis ignis, & quotidie accedere altari, nequit esse. Resistere nonnumquam activitati flammæ, quin consumantur inclinationum spinæ; nequit esse. Lapides cedunt, & affectionum spinæ persilunt? Flamma profectò frigida, dum sentiunt ignem vel saxa; & non sentiunt, ubi sedet, durissima præ insensibilibus corda. Sanè Deus venit in pectus humanum; verum eius adventus nec ullum apparet signum. Hispan. Bien puede estar alli Dios, pero no se ve señal.

17 Alapide, ut diximus loc. cit. astruit, flammam ignis adhæsisse & non inhaesisse rubo. Erat flamma forinsecus, minime interiùs. Haud aliter accidit animæ, mensæ altaris appropinquant frigide. Frigus est, velle frui re, ac virtute in Sacramento, & cor habere altè submersum in mundo. Deo vivere, & sibi in vanitate non parere. Copulare studium in vana, desideriumque in celestia. Non inhaeret flamma in corde, adheret tantum extrinsecè. Ignis est, & non ignis. Ignis, quia advenit Christus; non ignis, quia foret mundus. Ignis, quippe cor recipit Dominum; non ignis, quoniam eius adventu non est consummatum sæculum. Frigidus ignis si ignis, vel flamma sine flamma devotionis; igitur facilis extinguitur quam accenditur, vel quo accenditur, extinguitur.

18 Ideo debemus, ut monet Legislator N. Benedictus Regul. Sanctæ, cap. 4. Instrum. 48. Aletus vita omni bora custodire; ut cum mensæ accedimus, interiùs accendamus, ne ignis hæreat cordi, & non inhaereat; vel ut sit ignis, & non flamma devotionis, quæ non lucet in corde, sed in aère: quapropter

Fructus panis dulcedine, qui frangitur datur oculi cupi ditate.

Quis scilicet desideria, tot anima vulnera.

Qui efficitur animi di- gne communioni vel tepiditate.

Exod. 2. Phil.

Saxa liquefacta igne rubi incombustis.

Ibidem.

Distinctiones quas cum nunciatur & vanitatis

In corde nec micat signum ad velle Deum.

Alapide

Si flamma, sanè frigidat

S. Ben.

per

gnis devotionis vis hæret cordi, sed ad hæret.

Prudent

Alb. Mag.

August. Quanta bona in Eucharistia accipientis.

Prudent

Genet. 27.7.

Parum interest, quod cibum comedat corpus, ni fuerit animæ cibum.

pter ut habeatur vera vita; quæ habetur, solititius custodienda; ne cedat vel levis actus sæculo, quod debet Christo: igitur omnia mundi consummata, cui pane celesti in propriam conceditur alia vita. Custodiantur igitur actus, ne animæ vulnerentur: at si fuerint ulcerata pectora. In Sacramento inest univerforum medicina. Haud fugiamus medicam celestem, qui panchærum præstat, dam præbet panem, & de celo descendit propter nostram salutem. Fructio terrestrium cupiditatum semper servitium: proiciamus à nobis ingum ipsorum, ut fruamur veris voluptatibus, liberi omnino à voluptatum vulturibus. Instat Prudentius in Catbemer. v. 599.

Deum spinifero in rubo Vidit conspicio lumine flammæ. Hinc ignem populus sanguinis inelyti Maiorum meritis tutus, & impotens, Sustus sub dominis servire barbaris, Iam liber sequitur longa per avia.

DIDASCALIA IV. Panis Eucharisticus in escam anima.

1 Prosper Albertus Magnus Serm. 5. de Eucharistia. Hinc patet Quis ad nos venerit, & quid nobis donavit: ut ait Augustin. in Psalm. 75. Rutilant utique iuxta D. Thom. Opusc. 58. Magnificentia doni, nobilitas dantis, & utilitas accipientis. Angelicusque cibus prima intentoria nostris

Fluxit avis, quem nunc serò felicior avo Vespertinus edit populus de corpore Christi. Canit Prudentius in Psychomach. v. 442. Edit sanè, dum edit dignè: quippequam in cibo sit examen bonitatis, per utilitatem recipientis. Innuat Isaacus: Fas (dicit filio) cibos ut comedam. Ni comestibilis, non erit in escam: & de cibo dicit meditante, Ut comedam; quippe per comestionis effectus, innotescit, an quod comeditur, sit cibus: igitur perperam probatur alimentum per comestionem, & optimè per comestionis futuram utilitatem. Ut comedam. Iure. Multa palato dulcia, & stomacho nimis acerba. Ut comedam: denotat communis cibi & celestis differentiam: igitur parum interest, quod cibus comedat corpus, ni fuerit animæ cibus.

Ut perdunt propriam mortalia corpora vitam,

Si nequeunt escas sumere corporæ; Sic anima nisi delicijs rationis alantur, Dum verbi æterni pane carent, pereunt. Nam quid erit, quod dira prosul fastidia pellat,

Cum seipso refugit mens saturare Deo? Accinit Prosper Aquitan. Epigram. 10. Nec cessarius huiusmodi cibus in vitam: & non est cibus nisi in animæ escam; quippe panis Eucharisticus institutus in animæ refectio-nem, non erit cibus sine refectio-nem.

2 Panis mendax sæpe invenitur in Scriptura. Suavis est homini panis mendacij, & postea impletur os eius calculo: dicit Salomon, & Dominus per Prophetam: Comeditis frugem mendacij. Qualis, inquire, erat panis mendacij? An ut mensa Mendæ, ubi omnia pretiosa, sed ibi nec ulla esca?

Copia nulla famem releat, sitis arida guttur Urit, & in viso meritis torquetur ab auro. Canit Ovidius lib. 11. Metam. Fab. 3. An sicut Heliogabali convivia, in quibus præstas dapes & epulas apponebat epulonibus? Refert Lamprid. in eius vita. An sicut Brachmanum Agyptiorum, & Pateticis convivia phantastica, in quibus epulis saturi, ut sibi visi, convivæ postea cruciabantur verà fame? Narrant Philostratus in Vit. Apollonij, Origin. Contra. Celsum, & Suidas verb. Pafetes. An sicut contra arboris speculæ, quæ in ramis pulchra & mollia, sed in manu lapidea? Ita describitur à Maiolo Colloq. 11. Panis mendax haud aliter intelligitur: liquidem cibus qui non est in alimentum, non est cibus, sed mendacium.

3 Perfructetur cuncta, ut pateat panis Eucharistia quibus esca & quibus non esca. Dulcis & suavis homini panis mendacij, Verum quomodò mendax, si panis? Quippe non nutrit, sed nocet. Panis est mendax, qui comeditur, quasi non comederetur; igitur illo pascent non nutritur: & iurè dicitur mendax panis verus, quia comedenti & affatim non est cibus: liquidem corpus comedit, & anima fame perit. Suavis panis & dulcis, sed animæ suscipientis non est panis; quoniam sub suavitate optimâ introducuntur venena. Ecce status lamentabilis accedentium indignè divinæ calicæ menæ: etonim illis panis verus ita mendax, suavitatis epularum ita fallax; ut ubi ore degustant celestem cibum, animæ inveniunt præstantissimum venenum.

4 Postea (ideo ad dicitur) impletur os eius calculo. Alij Silicibus, Arenis. Qua ergo arte fit panis convertio, ut non sit panis? Per ingenium in mortem suscipientis, quin con-

Prosper.

Ni esca animæ, non est esca.

Prov. 20. 17. Oic. 10. 15.

In mensa Mendæ pretiosa nulla esca. Ovid.

In Heliogabali pi- ta.

Lamprid.

Convivæ phantastica caque? Philo- strat.

Origin. & Suid. Mala lapidea.

Maiol.

Summa dicit panis Eucharisticus panis mendax!

Ibidem

con-

contempletur sibi congerere mala, ex prae-stantissima esca: siquidem dum male comedit panem caelestem, dapes suavioris convertuntur in lapidem: & disrumpuntur viscera gustata esca à venenata anima; quippe quem gustavit panem, convertit in scorpionem. Panis est & suavis, dum anima comedit. Comedit, dum digne convivio accedit: aliis in sumptuosa mensa caelestes epulae erunt esurientis pietate, quasi in convivio phantastico, vel comedentes in somnio: igitur illi cuncta fercula aurea, sed sibi non esca: quippequam ni comedat, fame moritur; & si comederit, rumpitur. Calculus à N. Vener. Beda intelligitur margariton: à Descrio hic *Adag.* 216. pruna vel carbo ignitus. Claret ex diveritate sententiarum, quid accidat suscipientibus perperim Sacramentum: igitur fit pruna carbonifera desolatorij ab anima, quod in criminum redemptionem potest esse margarita pretiosa. Pendent mala utilitate aurea, suavitatem mollia, sapore dulcissima ex hac arbore vitæ; & stat anima Tantalus rabidus fame: siquidem vel fugiunt aut refugium esurientem, vel manus tactu convertuntur in lapidem; quin stat cibus cibi optumij, eò quod minime comederint saturati.

Qui indigne gustat panem, convertitur in scorpione

Ab illo fit nocua, quae pretiosa margarita.

Ioel. 26. Agg. 1. 6. Ar. Mont. Esca est qua vita ferret, nò qua perit.

Sanct.

Quid contemnat in digne manducant?

Vera esca qua pinguescit anima.

Christus clamabat: *Non Moyses dedit vobis panem de caelo, sed Pater meus datur vobis panem de caelo verum.* Ille verus & falsus, quia dumtaxat cibus corporis. Hic autem verus, quia refectio mentis: igitur verè esca, quae datur pro hominum vita.

6 Investigemus effectum, ut gustemus uti cibum. Expofuit Alerior N. carnem suam & sanguinem sub speciebus panis & vini pro charitatis eximiae commendatione. *Formam visibilem, veritatem, & virtutem. Forma visibilis panis & vini, Veritas carnis & sanguinis, Virtus unitatis & charitatis:* uti dicitur cap. *Cum Marthe* 8. *Distinguendum.* Ibi tamquam in schola animae manifestanda scientia veritatis, sapientia devotionis, & eminentia beatitudinis: ut astruit Mabarrus in *Roset.* tit. 6. cap. 10. *Quid ergo Iudaei? Litigabant dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Quomodo? Impossibile cogitarunt: sed paruit amor eximias demonstratione, ubi vicit cogitatum impossibile: igitur ingratitudine luxit charitatis vis, & ultra cogitatum spem. *Litigabant.* De quo igitur: De favore nanciscendo? Nullo modo. Christus & illi contendebant. Amor eius, & ingratitudo illorum litigabant, an vince-reur offensis, vel quallaretur iniurijs; & Christus illis renucentibus, instabat in litigio amoris viribus; ut maior esset ipsius erga ingratos pectoris demonstratio, quam illorum turpissima ingratitudo. *Quomodo? Quanta & qualis amoris infracti lex, ubi vel ipsi ingrati mirati sunt? Quomodo? Dare seipsum, est non plus ultra in amore. Dari nobis, vel in termino est plus ultra: & dum amorem refugium, uti excellentem extollunt; quoniam visà ingratitudine, dignum planè admiratione, quod seipsum daret & illis, quem amorem exhibentem saturaverant opprobrijs. Quomodo? Est ipsorum ingratitudinis cogitatio, in celebriori litigio; verum patet amoris sublimioris commendatio: qui quidem magis propendit in fidei demonstratione; ubi auctiores patitur sagittas ingratitudinis.*

Ioanna. 32.

Quid ex-punctur in luctu rursus?

Iur. Canon.

Ioanna. 32.

Major amoris demonstratio, ubi maxime viget ingratitudo.

Nota summi amoris favore re ingratitudo.

Dum in pugnantur, augetur.

Ubi supra.

mus iniurijs. Nec amor audaciam coërcet, nec homo cognitione respicit: sovente ipsa ingratitudine dilectionis flammam, an visà constantia confugiant in poenitentiam. Ecce amoris erga nos insignis demonstratio: verum *Quomodo?* Vinceret charitate ingratitudinem hominum: unde claret admiratione dignum, quod studeat enixe favoribus, vel dignatorum coram avertis vultibus. Tanta fides in offenso: *Quomodo?* Est amoris magnitudo. Ecce quomodo amat, & quomodo potest, dum vel ingratos vincit: siquidem pervenit demonstratione, ubi etiam ingrati cogitant, non posse fieri. *Hic additur, & iur.* *Unde memur tanto voluit Deus equum honore Illustrare domum?* *Canit Iuvenecus lib. 1. Evang. Hist. v. 115. Hic. Quomodo Hic nobis favet, & mulcet? Hic quem pro redematione sagittis criminum petimus! Hic quem vel ipsi gratijs laucianus Hic! Utique. Aliter non esset hic: igitur ut magis nobis ostendat pectoris fidem; dat nobis in Sacramento carnem & sanguinem. Nobis dat. Ni formax ælueret cor singularis charitatis, quomodo seipsum hic dare poterat nobis? Nobis ingratis, rebellibus, audacibus, perduellionibus? Nobis? Quomodo potest? Pro stemmate charitatis: quae quidem splendescit magis oppositis. Delicij falsis mundi, Dei obliviscimur: philtrum amoris est eius caro & sanguis: nobisque dat omnia in Eucharistia, ut non mundi, sed eius floreat memoria.*

Contem-plato di-vino amore, vocatur in tem-pla peni-tentig.

Excessus amoris quantus!

Iuvenec.

Dedit se nobis Christus in cibis, ut ostenderet amoris excessum.

Ibid.

Alimentum calis sum.

Quomodo vivit vici-ficari?

reunt, & habentes refugium cibum? O misera fors! Fames, dum panis est hic? 9 Sterilitas in Aegypto prevaluit, in cuius subsidium Iosephus triticum summum cangelsit, ita ut in alijs regionibus, cum affigeret panis inopia, ne affigeretur Aegyptus, erat frugum abundantia. *In cuncta autem terra Aegypti panis erat, quae esuriente, clamavit populus ad Pharaonem, alimenta petens.* Quo pacto Aegyptus esurit, dum panem habet? Esuriat terra Chanaan, quippe ibi panis non est: verum Aegyptus? Sanè lamentabilis status: igitur fame peribat, & domi panem habebat. Panis hic iuxta Bernardum, Homil. 2. super *Missus est.* signat panem caelicum, Sacramentum Eucharisticum, nobis in cibum datum Est in nobis fames? Est in nobis. Vx nobis miseris: igitur dum agroti inveniunt hic medicinam, exci lumen, famelicij saturitatem; fame infelicitet, quia volumus, hic perimus, & panem caelestem etiam ad manum habemus. *Hilpan. Est la mayor desdicha morirse de hambre con el pan en casa.*

Genes. 41. 54. 55. Summus infelicitas fame habere, & fame perire.

Ubi sup. Pani. Esca charitatis in esca, in lucem medic. nam.

10 Hinc liquet cur dicitur *Panis ad manducandum.* Miser invenitur homo inter saeculi angustias, & manum non extendit in caelestes opulentias. Cæcus tenebris depravate intentionis, qui oculos aperiat splendore luminis. Mendicus, & cum cibo mirabili moritur vesculus. Satur postest epulis vivere, & perit fame. Fames? Utique: dicitque Alerior, panem esse ad comedendum, quia deficient, si non comedunt. *Ad comedendum,* quippe non habebunt vitam, ni panem caelestem comedant. *Ad comedendum,* ne esuriant habentes panem ad manum. *Ad comedendum,* & ad vivendum; quoniam vita, & felix vita in huiusmodi esca. *Ad comedendum & sumendas vires virtute caelestis panis:* quippequam pietate ita stolidi, ut agroti medicinam prompta maneant in infirmitate; quasi panis non esset ad manducandum, dum datur in cibum: igitur pro lubito inopes & mendicij languescunt. misera fame. Argumentum pudoris, homo fordibus, & dives. *Canit vel Ethnicus lib. 1. Satyr. 1. v. 68.*

Quisna similis Tantalus esurientis in caelesti convivi.

Tantalus à labris stiens fugientia captat Flumina. Quid rides? Mutato nomine, de te Fabula narratur.



DIDASCALIA V.

Contra cuncta adversa est protectio in Eucharistia.

Cyprianus. Eucharistia. scutum caeleste.

Virgil.

1. Gnome insignis est Cypriani Episcopi. Unde insit: Quos tutos esse contra adversarios volumus monumento Domini saturitatis armemus. Hoc est scutum de caelo delapsum in tutelam incernium cordium. Retorqueamus acumen Virgilij Aeneid. lib. 8. v. 447. Ingentem clypeum informant, unum omnia contra

Tela. Igitur in hoc scutum non sunt arma. Qui inimici hominis? Animae inimici, scilicet Diabolus leo, Mundus taurus, & Carurus. Verum quid? Sine acumine arma veniunt, quippe iavallida franguntur. En versus frendens, rugiens leo, taurus anbelans.

Ante venerandos procubere pedes. Quod non mille viri valere potentibus armis, Id valet absque armis una buccella fide. Canit Gabriel à S. Maria Tetra. 19. Nullo scutum penetrabile ferro: quantumvis chalybea, arcum conteret, & confringet arma. Feliciter exclamat Ieremias pro hominibus reservatis: Didisti eis scutum cordis laborem tuum: siquidem pane doloris, & laboris ex ligno crucis, decocto ac educto ex fornace peccatoris, franguntur tela mundi, preparata, ut sagittet in obscuro rectos corde. Carnis etiam per sermonum illecebras medicata fulmina, quae licet emollita super oleum, etiam sunt iacula: ac denique ignea tela diaboli, fabricata à Cyclopiis inferni: igitur viso Eucharistiae scuto cadit sagitta volans, languet negotium in tenebris perambulans, & daemonium incurans. Mundus clamat: Ego deficio. Diabolus clamat: Ego decipio. Caro clamat: Ego inficio. Christus clamat: Ego reficio. Hinc, cum cibus sit in comestitionis usus; ut designaret Eucharistiae futuram gratiam, dicit Isaacus gnato: Fac cibos ut comedam. Perpropterea. Cibus Eucharistiae est in tutelam: quandoquidem pane caelesti vincuntur prorsum inimici animae, & contra ipsorum cuncta perillifera tela, est protectio in Eucharistia. Floridissime Arator lib. 2. in Aet. Apostol. vers. 1143.

Thren. 3. 65.

Cadunt illius viri ante inimici animae.

Genes. 27. 7. In bovum tela est protectio in Eucharistia. Arator.

Agnus. Christus est, panis quoque Christus habetur.

De caelo, quod & ipse docet: qui corpore Iesum Sumpserit, hoste caret, nec iam sua iura Phraeo,

Aegyptusque tenet. Mox omnia demonis arma. His merguntur aquis.

2. Imagines in corde medii phantasi pingit penicillus daemonis coloribus mundi, arte seu fallacia carnis, in quas animas videmus dulciter vehi, dum ius erat, fortiter in illas iacere, cum inimici fieri animae, qui fallere conantur, dum magis simulacris vanitatis afflictiunt; quin ex tot vulneribus ac dolorum gravitate, medicinam conferat malagma resipiscitiae: igitur quotidie, nisi essequaque, experitur amicos ingratos, quos complectitur amicos. Nullum habet manus malum occupatus homo, & bonis suis obsessus (inquit Seneca Epist. 19.) quam quoddam amicos sibi putat, quibus ipse non est. En totum inimicorum embolium in vita, malicia hominis; verum Imaginem ipsorum ad nihilum rediges: quo igitur artificio, nec ulla in corde remanebit imago? Inflammatum est cor meum: subdit Plates Regius, Per puram dilectionem uti obsequit Lyra. Amor qui in huiusmodi imaginem, factus est commutatione caelestis, per flammam puritatis dilectionis. Redigebat falsis amicis ad nihilum, & nesciebat: sed praecipuam insidias pro divini amoris flammam; ad nihilum redigit cor inflammatum, per quas imagines redigebatur ad nihilum. Amici sunt crudeliter: & amore quo cor inflammatur, & non exurit, horum ad nihilum reducuntur imagines; quoniam ubi amor caelestis inflammatur peccata, non solum illi, imò illorum imago non remanet adoranda. Sunt fortes cum imbecillibus, imbecilles autem cordibus fortibus; igitur alinlar crocodilli fugi concipiunt audaciam, ceterum audacia fugam. Cor inflammatur igne panis caelestis, quo in fumum abeunt inimicorum imagines: siquidem nec simulacrum remanet, pane qui reficit, manduqui qui languet, demonis qui decipit, carnis quae inficit, proteritis hoc scuto caelesti & mundo, & demone, & carne.

3. Audiatur Gentium Doctor. Nunc autem (Christus) in consummatione saeculorum (Bibl. Antiq. In consummationem saeculorum) ad destinationem peccati per hostiam suam apparuit. Omnia investiganda. Quare Nunc? Si flantem videmus mundum, quomodo In consummationem saeculorum? Quo pacto in peccati destinationem, si ubique fovet mundus criminum ignem?

Deludi ab amicis, gratia Seneca. Platus. 7. 20. Verbi. 4. Lyr. Eucharistia nec imago remanet inimicorum animae.

Inimici animae adinlar crocodilli.

4. Audiatur Gentium Doctor. Nunc autem (Christus) in consummatione saeculorum (Bibl. Antiq. In consummationem saeculorum) ad destinationem peccati per hostiam suam apparuit. Omnia investiganda. Quare Nunc? Si flantem videmus mundum, quomodo In consummationem saeculorum? Quo pacto in peccati destinationem, si ubique fovet mundus criminum ignem?

5. Audiatur Gentium Doctor. Nunc autem (Christus) in consummatione saeculorum (Bibl. Antiq. In consummationem saeculorum) ad destinationem peccati per hostiam suam apparuit. Omnia investiganda. Quare Nunc? Si flantem videmus mundum, quomodo In consummationem saeculorum? Quo pacto in peccati destinationem, si ubique fovet mundus criminum ignem?

6. Audiatur Gentium Doctor. Nunc autem (Christus) in consummatione saeculorum (Bibl. Antiq. In consummationem saeculorum) ad destinationem peccati per hostiam suam apparuit. Omnia investiganda. Quare Nunc? Si flantem videmus mundum, quomodo In consummationem saeculorum? Quo pacto in peccati destinationem, si ubique fovet mundus criminum ignem?

Mundus vanus solidus, averfian, tibus vanus.

Pane Eucharistia ab in nihilum.

Fallax est & fallax.

Deludi ab amicis, gratia Seneca. Platus. 7. 20. Verbi. 4.

Lyr. Eucharistia nec imago remanet inimicorum animae.

Inimici animae adinlar crocodilli.

5. Audiatur Gentium Doctor. Nunc autem (Christus) in consummatione saeculorum (Bibl. Antiq. In consummationem saeculorum) ad destinationem peccati per hostiam suam apparuit. Omnia investiganda. Quare Nunc? Si flantem videmus mundum, quomodo In consummationem saeculorum? Quo pacto in peccati destinationem, si ubique fovet mundus criminum ignem?

6. Audiatur Gentium Doctor. Nunc autem (Christus) in consummatione saeculorum (Bibl. Antiq. In consummationem saeculorum) ad destinationem peccati per hostiam suam apparuit. Omnia investiganda. Quare Nunc? Si flantem videmus mundum, quomodo In consummationem saeculorum? Quo pacto in peccati destinationem, si ubique fovet mundus criminum ignem?

7. Audiatur Gentium Doctor. Nunc autem (Christus) in consummatione saeculorum (Bibl. Antiq. In consummationem saeculorum) ad destinationem peccati per hostiam suam apparuit. Omnia investiganda. Quare Nunc? Si flantem videmus mundum, quomodo In consummationem saeculorum? Quo pacto in peccati destinationem, si ubique fovet mundus criminum ignem?

Quicquid Paulus exponit de hostia sacrificij in calvario, in Eucharistiae holocausto miramur diverso modo. Nunc in hostia apparet, & mundus nunc evanescit. Evanescit mundus, quia non dilectus: & nunc vel stans deficit; qui vanus solidus; quippe diligentiibus non mundum, omnino vanus, quasi ipsis non ellet mundus. Nunc igitur consumitur, cum cor illius obliviscitur, atque in oblivione consummatur: igitur pane Eucharistiae in hunc ingerente odium, igne averfionis statim vel florens abit in nihilum. Quisquis videt mundum promittere delicias, & pro deliciis submittere penas; magnificare cibum, & proripere venenum, eo noxius, quo deauratus caecae expectat summam felicitatem, quam amplexam invenit incaute mortem: prorumpitque in odium dignum, quoniam eius amor fecit, quod nec cogitaret odium. Unde cum pane Eucharistiae oculos homo ad infidias aperiat, ut quae mundus depinxit, nequaquam videat; licet rutilent forsatech desiderabilia in mundo, cunctorum acutum evanescit imago. Hinc pro Destinatione exponunt destructionem. Resipiscitiae in hoc cardine veritur: tunc mundus sanè destruitur, dum destruitur.

4. Præterea. Mundus stat, cui placet mundus: cui displicet, sanè vanus. Displicet cui placet menta caelestis, referta deliciis, antedoto vulnerum, medicina languorum, pignore gloriae, deposito gratiae, cibo vitae, quo satiatur elurians anima, quum mundus ferculis vanis invitet in toxica. Iuxta odij vel amoris affectus stat vel occidit mundus: & accedenti cum gratia ac devotione ad altare, consummatur gloria mundi; quoniam dum in corde uti in folio sedet Christus, in accipiente non remanet erga mundum nec affectus. Vide quae diximus hic Tautol. 3. Didasc. 7.

5. Deinde. Pro Consummatione saeculorum. Alapide, in perfectionem. Homo quia ignorabat apidem sub viridi herba gustabat saeculi toxica, quin capere possit ex tanta aviditate pharmacum resipiscitiae; quippe serpentem peccatore intime fovebat, dum pede, quasi despectu calcabat, mundum insidijs, etenim quousque captus, non cogitabat ut compedes. Prævalebat mundi fallacia, quoniam Christus nondum apparuerat in hostia. Nunc apparuit, & adhuc dolus mundi in cordibus sedet. Etiam nunc? Næ. Nequum aperiantur executientium oculi, quippe fascinant illos apparentia vanitatis doli veri; confirmante huiusmodi cecitatem relaxatione morum, qua accedunt ad augustum Sacramentum: igitur sumpta Eu-

Tom. II. Taut.

Cur homo non cognoscit fallaciam mundi?

Florabile quod anima non proficit in virtute pane caelesti.

Florabile quod anima non proficit in virtute pane caelesti.

Florabile quod anima non proficit in virtute pane caelesti.

Florabile quod anima non proficit in virtute pane caelesti.

charistia labuntur in vanitatem, cum sumi debeat in communicantium perfectionem. Lure plorabile, quod corda in virtutem communionem tendant, & cum caelesti pane relaxiora vivant: quod nunc mundus dactico pane peccata rapiat hominum, cum exhibeatur de caelo in perfectionem virtutum, atque consumptionem vanitatum.

6. Amore saeculi, & ignorantia calamitatis peccati perit homo, quasi contra tela securum non haberet in Sacramento. Huius haud operantur virtutes, quoniam in corde servantur nocuae atque delectabiles imagines: & Christus nunc apparet per hostiam, ut simulacrum mundi cito disparet & pereant. Dum flagrat domus vel gloriosa supellex per fenestram eiecitur, vel florida imago rumpitur, vel spinter delectabile proiecitur, vel simulacrum eburneum destruitur. Unde hoc? Quoniam in domo ignis est. Cuncta mundi bona sunt imagines & simulacra, quae in domo peccatoris habent in delicijs corda, plausa floridæ imaginis vanitatis, simulacri superbiae, idoli invidiae, figurae gulae, statuae desiderii, effigies luxuriae, formae avaritiae, obumbrationis irae, ita ut totius domus suppellectilia pretiosiora; sint vera septem vitia capitalia. Oritur Sol cum igne cuncta vana devorante per hostiam, cordibus inferens coelicam amoris flammam. Sunt ne domi simulacra peccatoris? Sunt. Necdum est ignis. Sunt idola? Adhuc cor non tergitur Solis flamma, nec scintilla. Si ingrederis ellet vel leris Solis radius, totum arderet peccus, & expelleret quaeque in nocumetum fovebat, & in mortem adamabat: exponiturque hostia in folio Sacramenti in destructionem velocissimam peccati: igitur licet mundus vane speciosaque picturae raperint cor; hoc igne apparent nec campi ubi Troia fuit.

7. Inter Catholicos viger sanè frequentia Eucharistiae, sed desideratur affectus huius frequentiae. Sol media crystallo exciati ignem: & Sol lustrat in his speciebus non inflammant hominem in amorem? Adhuc suspirat frigidus, dum nemo absconditur à calore eius? Ingens ignis, & sine flamma cordis? Ni obex cor induraret, toto Sole utique arderet. Appropinquant igit altaris sine fervore, devotionis utu, & sine devotione frequentia. Minime disponitur anima inflammam, dum fumere conatur Eucharistiam. Mundi idola adorantur, eorum templa nequaquam demoliantur: volantes decepta sequitur infans falsas, ratio ab illa trahitur in voluptatum vanissimas apparentias, conservante memoria omnia somnia &

Adorantur mundi idola quia amoris calore non in corde nuda inhaeret scientia.

Cur homo non cognoscit fallaciam mundi?

Florabile quod anima non proficit in virtute pane caelesti.

Florabile quod anima non proficit in virtute pane caelesti.

Florabile quod anima non proficit in virtute pane caelesti.

Ubi amor caelestium, odium est temporalium.

Adorantur mundi idola quia amoris calore non in corde nuda inhaeret scientia.

Cur homo non cognoscit fallaciam mundi?